

de dote parte vltim. q. 14. quos quidem ita recenset, & probat Olfascus decif. 2. r. nu. 10. & num. 16. Et apertius idem docuit Ruin. in rub. ff. solut. matr. num. 229. Ceterum ab hac declaratione manifestè dissentiunt Ruin. in consil. 90. nu. 4. lib. 4. Soc. Iun. in consil. 8. lib. 2. & Phanuc. in tractat. de lucro dotis, in gl. 10. nu. 11.

17 Quæto declaratur hæc traditio, vt non procedat, quando statum loqueretur de dote promissa. Nam tunc non habere locum in dote præsumpta. Ita Ruin. in consil. 61. col. 5. lib. 3. & in consil. 151. col. 1. & 2. lib. 5. Rolandus in tract. de lucro dotis, q. 76. & Phanucius in tractatu de lucro dotis, in gl. 10. num. 12.

Et prædictis definiti etiam potest illa disputatio, an regula cancellariæ de trienniali possessore, locum habeat in possessore præsumpto? Et locum habere ex iam traditis crediderim, tametsi dubitauerit. Quintilian. Mandosius in annotationibus ad Lapū, allegat. 89. in quæst. vlt. Nec quæ ab eo adducuntur, quidquam vrgent, præsertim Alciat. in tractatu de præsumpt. regul. 2. præsumptio. 2. in 2. limitatione, imò potius ei refragatur.

Tertius est casus huius propositæ quæstionis, quando scilicet agitur de præsumptione hominis. Hoc sanè casu dispositio præsumptio. Quandoquidem cessant hic rationes duorum casuum, quos supra proximè retulimus.

Præsumptio iuris, & de iure, vel iuris tantum, vel hominis, allegari an semper debeat, non accopiosè admodum, dilucidèque explicatum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Præsumptionem iuris, & de iure in iudicio allegare necesse non est, & qua sit ratio.
- 2 Præsumptio iuris quando allegari debeat.
- 3 Error, & ignorantia, etsi multis in casibus præsumantur, attamen ipsa præsumptio alleganda est, & num. 4.
- 5 Dominus olim, vt bodiè præsumitur dominus, præsumptio alleganda est.
- 6 Dominium ex possessione præsumitur, si id allegetur. Vide distinctionem, num. 7.
- 8 Possidens semel, possidere adhuc præsumitur.
- 9 Bona fides in successore præsumitur.
- 10 Mala fides in quibus casibus præsumitur, præsumptio est deducenda.
- 11 Debitor qui creditoribus sub hypotheca rem tradidit, non potest in dubium rescicare dominij quæstionem.
- 12 Dolus in quibus casibus præsumitur, alleganda est præsumptio.
- 13 Deceptio licet in casibus quibusdam præsumatur, vt tamen à iuramento sequatur absolutio, præsumptio est illa alleganda.
- 14 Hæreditatem per filium in iusu patris aditam, præsumptio est.
- 15 Grauiamen re ipsa illatum in recusatione iudicis, sufficit allegare.
- 16 Aditio hæreditatis ex actibus præsumitur.
- 17 Præsumptio que oritur ex facto, pro eo quod est fundamentum intentionis, allegari debet.
- 18 Solemnitas etsi certis in casibus præsumatur, alleganda tamen est ea præsumptio.
- 19 Identitas rei præsumitur, si allegetur præsumptio.
- 20 Præstatio decennialis præsumit causam præstationis.
- 21 Filium qui separatim à patre diu vixit, præsumi sui iuris effectum.
- 22 Res vt patrimonialis petita, præsumitur talis, si præsumptio allegetur.
- 23 Ratificatio gestorum, ex aliquibus actibus præsumitur.
- 24 Prædia Castro adiacentia, præsumuntur esse sub Castro.
- 25 Clandestinitas certis in casibus præsumitur.

- 26 Instrumentum antiquius sumptum, & exemplatum, habet pro se præsumptionem.
- 27 Præsumptio iuris ex facto proprio orta, alleganda est.
- 28 Beneficium legis indultum alicui, intelligitur, si eo velit uti.
- 29 Index non requisitus, non supplet in his, quæ commodum priuatum concernunt.
- 30 Excipiens etiam præsumptionem iuris pro se habens, eam allegare debet.
- Idque extenditur etiam procedere in causis criminalibus. numero 31.
- 32 Præsumptio iuris etiam notoria, alleganda tamen est.
- 33 Præsumptionem iuris allegare, quando non sit necesse, & numero 34.
- 35 Præsumptionem iuris ex facto aduersarij ortam, necesse num sit allegare.
- 36 Agens contra peyurum, cumque in poenam incidisse asserens, non tenetur allegare præsumptionem doli ipsius aduersarij.
- 37 Homo ad centum annos viuere præsumitur.
- 38 Præsumptio ignorantie casata ex facto aduersarij, non est alleganda.
- 39 Prælato ecclesiæ mutans, an teneatur allegare præsumptionem, in utilitatem ecclesiæ conuersum esse.
- 40 Testes attestantes, se pecuniam numerari vidisse, non habent necesse asserere mutuum fuisse contractum.
- 41 Præsumptio orta ex facto, tam Rei, quam actoris, non est alleganda.
- 42 Præsumptio orta ex factio nullius, vtrum alleganda.
- 43 Præsumptio à mero iure proueniens, vtrum alleganda.
- 45 Præsumptio solius hominis, allegari debet, & que sit ratio. numero 45.

Q V A E S T I O XLVII.

QVAERO quadragesimo octauo an præsumptio allegari debeat in iudicio, vt profit ei, pro quo extat? Hæc egregia iuris quæstio à nostris sparsim & valdè perplexè explicata est. Ego tria ipsius quæstionis capita constituo, quemadmodum etiam sunt tres præsumptionis species, hoc est iuris & de iure, iuris tantum & solius hominis. Quo ad primum caput, nempe præsumptionis iuris, & de iure, dicendum est ex sententia Baldi in l. vi. vers. item præsumptionem. ff. quod metus causa. ac Butrij in c. 2. col. 5. vers. sufficeret ergo, de libelli oblat. non esse necesse quod allegetur. Ea videtur esse ratio, quia lex habet hanc pro ipsa veritate, quam iudex velit nolit, cogitur sequi. Quocirca non adhibetur distinctio, ex cuius facto illa oriatur, sicuti hæc distinctio fit in præsumptionibus iuris, de quibus nunc dicemus.

Secundum est caput huius quæstionis, quod est de præsumptione iuris tantum, in qua quidem explicanda varias doctorum traditiones dicemus, aliquando iuris præsumptionem nasci ex facto proprio, aliquando ex facto aduersarij, aliquando ex facto vtriusque, aliquando verò ex facto nullius: Et propterea iuxta hanc traditionem distinguo, atque constituo quatuor casus.

Primus est casus, quando præsumptio oritur ex facto proprio, vel circa factum proprium versatur. Hoc sanè casu præsumptio allegari debet. Sic sentiunt omnes penè. Ita Bar. in d. l. si adulterium cum incestu. nu. 14. ff. ad l. lul. de adulter. Cum dixit, ex illo textu, in §. idem Pollioni. quod etsi error præsumatur, attamen non sufficit de præsumptione, ad ipsius erroris probationem, nisi ipsa præsumptio allegetur. Idem docuit Bald. in l. alia. nu. 1. C. de ijs quibus vt indign. & Arer. in consil. 112. in fin. & latè Didacus in c. Rayn. §. 11. nu. 1. vers. illud verò. de testam. Ceterum Bellonus lib. 1. supputa. iuris cap. 6. ex Ang. & Comen. sententia scribit d. l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni, non probare communem hanc assertionem, quia dum dicit vtiq; si error allegetur, voluit

luit dicere, id est, si error fuit, & interpretationem hanc visus est etiam probare Iason in l. cum quid. in 2. lectura. num. 25. vers. adde etiam. ff. si cert. pet. qui & alium sensum satis leuem tamen considerauit.

4^o Secundò idem de ignorantia dicimus, quæ etsi multis in casibus præsumatur, attamen allegari debet. Ita Bald. in l. quicumque. col. 1. C. de seruis fug. Iaf. in dict. repet. l. cum quid. nu. 28. & ibid. Purpur. nu. 142. & Alciat. nu. 39. vers. sic, qui ignorantiam, ff. si cert. pet. Et i alios interpretes, quos nunc non commemoro, recensent. His accedunt Didacus in c. Raynutius. §. 11. num. 1. vers. eadem ratione, de testam. Crauet. in consil. 201. nu. 36. qui idem ait, de præsumptione, quæ alleganda est.

Tertiò, sic dicimus, quod & si qui olim fuit dominus, præsumatur etià hodie dominus, attamen præsumptio hæc allegari debet. Ita gl. in d. l. certum. §. 1. in verbo confessus. ff. de confess. & ibidem Bar. nu. 2. Bal. in l. 1. nu. 32. C. eod. de confess. Alex. in consil. 47. col. 5. num. 1. 2. lib. 1. Fel. in c. cum ordinem. num. 20. de rescript. Iaf. in repet. d. l. cum quid. num. 30. ff. si certum petat. & ibid. Purpur. num. 143. Alciat. num. 39. vers. sic qui dicit, & Bogli. num. 66. Quæ sanè traditio procedit, etiam si reas conuentus fateretur actorem ipsum olim fuisse dominum. Nam adhuc hoc non sufficit, quin & tunc teneatur ipse actor allegare præsumptionem, quod scilicet de præsentibus præsumatur dominus. Ita Felyn. in cap. afferte. nu. 3. de præsum. ex sententia gl. in d. l. certum. §. 1. quam esse communiter receptam asserit reiecta cõtraria opinione Baldi, quem secutus fuit & Ant. Burgos in cap. peruenit. num. 6. de empt. & vendit.

Quartò ita dicimus, quod etsi ex possessione præsumatur dominium. Nihilominus allegari id debet, sicuti scribant Bar. in l. rem alienam. col. 1. ff. de pign. action. Bald. in l. etiam. ff. de re iudic. & in l. non ignorat. col. 4. C. qui accusat. non poss. Felyn. in c. cum ordinem. nu. 20. vers. sic dicit Bald. de rescript. Alex. in l. à duo Pio. §. si super rebus col. 5. de re iud. idem in consil. 94. col. 3. lib. 2. in consil. 19. num. 1. 2. lib. 4. in consil. 35. num. 1. & in consil. 92. num. 3. lib. 5. Iaf. in repet. l. cum quid. nu. 28. ff. si certum petat. & ibidem Purpur. num. 141. Dec. in l. non hoc. in 2. notab. C. vnde legit. Ripa in l. re quæ nobis. nu. 2. ff. de acq. poss. Tiraq. de præscript. in gl. 2. vers. tu autem. & Crauet. in consil. 134. num. 15. in fin. & Mascardus conclus. 539. nu. 17. Verum Ant. Burgos in c. peruenit. n. 6. de empt. & vend. dissentit. Cum vult sufficere, quod allegetur possessio ipsa. Ego ita conciliando has opiniones, distinguem. Aut est contentio de solo dominio. Et tunc distinguem. Aut est contentio de solo dominio. Et tunc distinguem. Aut est contentio de possessione & dominio, & tunc non sufficit deducta possessio ad inferendum dominium, ex quo non concludit necessario. Et hoc in casu procedit communis illa Bart. & sequacium sententia.

Quintò, sic dicimus, quod etsi ille, qui semel possedit, adhuc possidere præsumatur, attamen illa præsumptio allegari debet. Ita Alciatus in l. cum quid. nu. 39. ff. si cert. pet. & aliqua dicemus infra lib. 2. præsump. vbi agemus, an olim possessor præsumatur, & nunc possidere.

6^o Sextò ita dicimus, quod etsi bona fides præsumitur in possessore, attamen præsumptio hæc debet allegari. Ita docuit Bald. in l. si super longi. num. 1. C. de præscr. longi tempo. quo loci ad monet aduocatos, vt sint cauti, vt semper deducant, & allegent bonam fidem. Idem scripserunt Angel. in l. cum qui. §. vlt. in fin. ff. de publicia. in rem actio. Alex. in consil. 69. num. 1. lib. 3. in consil. 94. colum. penult. 4. & in consil. 92. num. 2. lib. 1. Capolla in tract. de seruit. vrb. præd. c. 20. col. 2. Felyn. in c. afferte. num. 3. de præsump. & in c. vlt. col. 5. vers. in quantum. Abb. de præscrip. Decius in leg. non hoc. in secundo notab. C. vnde legit. Iaf. in repet. l. cum quid. num. 27. ff. si

certum petat, & ibidem Purpur. num. 149. Alciatus nu. 36. vers. sic. sed nunquid. & Bologne. num. 66. Afflic. decif. 178. num. 14. Franc. Balbus in l. Celsus. col. 33. num. 97. de vscap. declarat Crauet. in consil. 201. nu. 30. & in consil. 258. in fin. Tiraq. de præscriptionib. gl. 2. vers. quibus ad stipulatus est. Didac. in c. Raynutius. §. 11. nu. 1. vers. hinc sanè sit. de testam. Ita etiam è contra dicimus, quod illis in casibus, in quibus mala fides præsumitur, præsumptio ipsa est deducenda, & alleganda, vt docuit Bal. in l. 1. in fin. C. de præscript. 30. vel 40. anno.

7^o Septimò sic dicimus, quod licet debitor, qui hypothecauit rem creditori, non possit in dubium rescicare quæstionem dominij, ex quo præsumptio est contra ipsum, attamen creditor eam præsumptionem allegare debet. Ita scriptum reliquit Negusan. in tract. de pignor. par. 7. in 3. membr. num. 6.

8^o Octauò huc facit, quod illis in casibus, quibus dolus præsumitur, allegari præsumptio illa debet. Ita Alex. in consil. 35. num. 6. lib. 5. & Purpura. in l. cum quid. num. 145. ff. si cert. petat.

9^o Nonò ad rem pertinet, quod etsi certis in casibus deceptio præsumatur, vt locus sit absolutio à iuramento super contractu præstito, attamen præsumptio illa allegari debet. Ita Felyn. in cap. cum ordinem. col. pen. vers. & dicit Paulus de rescript.

Decimò accedit doctrina Anch. in consil. 88. num. 6. quem probauit Felyn. in c. cum ordinem. col. pen. vers. & dicit Petrus. de rescript. quod is qui vult prædicare. c. 2. de renunc. in 6. debet allegare præsumptionem, quod ille renunciatus sit mortuus ex ea infirmitate.

Vndecimò suffragatur, quod licet præsumptio sit, si alium adiuuissè hæreditatem iusu patris, attamen hæc præsumptio debet allegari. Ita Bart. in l. qui in alien. in princip. & ibidem Alex. & Iaf. ff. de acq. hæred. & Felyn. in d. c. cum ordinem, col. penult. in fin. de rescript.

Duodecimò hinc dicimus, quod licet ad obtinendū in causa recusationis iudicis, sufficiat allegare præsumptioem re ipsa illatum, etiam si non probetur, quod fuerit de mente iudicis, ex quo læsiones præsumuntur fieri malo animo, nihilominus præsumptio hæc allegari debet. Ita scripserunt Abb. Imol. & Francus in c. ad hæc. il. 1. de appellat. & Felyn. in d. c. cum ordinem, col. vlt. in princ. de rescript.

Decimotertiò accedit, quod diximus, quod etsi ex aliquot actibus præsumatur aditio hæreditatis. l. pro hærede. & l. gerit. ff. de acq. hæred. attamen illa præsumptio allegari debet. Alex. in consil. 94. nu. 9. lib. 2. & Purpur. in l. cum quid. nu. 146. ff. si cert. pet. Afflic. in decif. 14. nu. 7. & Robert. Maran. in l. is potest. nu. 78. ff. de acq. hæred.

Decimoquartò confert, quod etsi ex ipso facto præsumptio oriatur pro eo, quod est fundamentum meæ intentionis, attamen allegari illa præsumptio debet. Ita tradunt Cardin. in Clem. appellanti, quæst. 5. de appell. Fel. in c. accedens. il. 1. col. 3. vt lite non contestat. & Purpur. in l. cum quid. num. 146. ff. si certum petat.

18 Decimoquintò huc pertinet, quod licet solemnitas certis in casibus præsumatur, attamen allegari illa debet. Ita scribunt Butrius in c. peruenit. nu. 7. de empt. & vend. Alex. in l. sciendum. col. 4. de verbor. oblig. & Purpurat. in d. l. cum quid. num. 147. ff. si cert. petat.

19 Decimosexto accedit, quod etsi rei identitas præsumatur, attamen allegari debet præsumptio illa. Ita respondit Soc. Sen. in consil. 149. col. 4. lib. 1. & docuit Purpur. in d. l. cum quid. num. 147. vers. & tandem ff. si cert. petat.

Decimoseptimò suffragatur, quod licet ex decenniali præstatione præsumatur causa ipsius, præsumptio tamen hæc deduci arque allegari debet, ita Iaf. in l. si certis annis. col. vlt. vers. 4. limita. C. de pact. post Bald. ibi. Purpur. in d. l. cum quid. nu. 147. vers. & quod ad limitationem, ff. si certum petat. & Didac. in cap. Raynutius, §. 11.

S. 1. r. num. 3. vers. illud sanè, de test. Hac tamen de traditione dubitarunt Felynus in c. de 4. col. pen. de præscrip. & Anr. Burgos in c. peruenit. nu. 6. in fi. de empr. & vend. Quandoquidem allegando ipsam præstationem, sicque ipsum factum, satis ex eo resultat allegatio ipsius præsumptionis. Verum rectè, & doctè respondet Didacus præcitato in loco, quod licet causa præsumatur à iure, attamen est præsumptio in genere, & ideo est necessaria allegatio ad certitudinem causæ.

Decimo octavo ad rem facit, quod etsi præsumptio iuris sit filium, & qui diu à patre separatum vixit, effectum fuisse sui iuris, attamen præsumptio ipsa allegari debet. Ita respondit Alciat. in respon. 132. col. vlt. vers. secundo respondeo.

Decimonono huc facit, quod etsi præsumptio sit, rem & patrimonialem petitam, talem esse, sicuti respondit Signorol. in conf. 81. verum tamen præsumptio ista allegari debet. Ita scripsit Tirag. in tract. de retract. confang. S. 32. gl. 2. num. 98.

Vigesimo accedit, quod etsi ex aliquibus actibus resultat præsumptio & ratificationis gestorum, nihilominus præsumptio illa allegari debet. Ita respondit Corn. in conf. 29. num. 8. lib. 4.

Vigesimo primo confert, quod etsi prædialia & Castro adiacentia præsumantur esse sub Castro, attamen præsumptio illa allegari debet. Ita censuit Soc. Iun. in conf. 7. num. 9. lib. 1.

Vigesimo secundo suffragatur, quod etsi certis casibus clademitas & præsumatur, attamen illa præsumptio debet allegari. Ita respondit Alex. in conf. 88. nu. 12. lib. 5. & Crau. in conf. 258. in fin. quos refert, & probat Thobias Non. in conf. 24. num. 20.

Vigesimo tertio accedit, quod licet præsumptio sit pro instrumento & antiquitus sumpto, atque exemplato, attamen præsumptio hæc deduci, & allegari debet. ita decidit Afflic. decif. 345. num. 7.

His constat receptam esse apud omnes ferè hanc iuris traditionem, & præsumptionem iuris ex facto proprio ortam esse allegandam. Et huius receptæ opinionis ratio est secundum Alciat. in l. cum quid, num. 39. ff. si certum pet. quod cum præsumptio sit de re dubia, ille, in cuius favorem inducitur, eam adiuuare debet, quantum potest, & ostendere se beneficio legis velle uti, alioqui ei obstat.

Prima, quia & beneficium legis alicui indultum, intelligitur, si ipse eo velit uti. Secunda, quia in his, & quæ prius respiciunt commodum iudex irrequisitus non supplet, l. 4. S. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto.

Et hinc intelligimus errasse illos, qui scripserunt, præsumptionem hanc non esse allegandam. Quia quidem in opinione fuerunt Decius in leg. cum quid, in 2. lect. num. 26. ff. si certum pet. vbi & Curt. Iun. num. 2. 1. & Bellonus lib. 2. supp. iur. cap. 6. quo loci eiusdem opinionis commemorat Angelum, & Comessem. Ea ratione ij moti sunt, quod satis colligitur præsumptio ex ipsa iuris dispositione, quæ omnibus cognita esse debet, colligitur etiam ex ipsa actis. Et propterea necesse minimè videtur, quod allegari debeat à parte ipsa.

Verum respondetur, quod etsi ex actis, vel ex ipsa iuris dispositione colligi possit præsumptio hæc, attamen necesse non habet iudex in ea fundamentum constituere, nisi à parte ipsa allegetur, quia semper dicere possit, ex quo præsumptionem hanc allegari neglexisti, existimavi te ea uti nolle. Sed hac de re infra in prima declaratione dicemus.

Extenditur primò communis illa sententia, ut procedat etiam in excipiente, & qui si habet præsumptionem iuris pro se, eam allegare debet. Ita Bart. in l. 1. q. 2. ff. de exceptio. & ibidem Socin. num. 12. Dec. in l. cum quid, in 2. l. clura, num. 27. ff. si cert. petat. & ibidem Purpurat.

num. 147. vers. ampliatis. Quam quidem traditionem verè esse intelligit Soc. præcitato in loco, nisi ex facti narratione colligi possit iuris præsumptionis allegatio. Extenditur secundò, ut procedat etiam in causis criminalibus: Nam & tunc & præsumptio est alleganda ab excipiente. Ita docuit Purpurat. in l. cum quid, nu. 147. vers. 2. ampliatis. ff. si cert. pet. Quo loci admonet eum qui asserit, se occidisse ad sui defensionem, ut eam præsumptionem adducat, & alleget.

Extenditur tertio, ut procedat etiam si hæc iuris præsumptio & esset notoria. Ita respondit Crauet. in conf. 258. num. 22. in fin.

Declaratur primò, ut locum non habeat recepta illa opinio, & quando hæc iuris præsumptio colligi possit ex actis probatorijs. Nam tunc non est necessaria alia allegatio. Ita docuit Felin. in c. si clericus laicum, col. pen. vers. limita primò de foro competen. in ca. asserte, nu. 5. de præsumptio. & in c. ad hæc, il. 1. de appell. & Purpurat. in l. cum quid, nu. 150. ff. si cert. pet. Qui quidem subiungit, non sufficere, si ex libello colligi possit præsumptio hæc. Non obstat consideratio Decij, & Socini in d. leg. cum quid, quod cum libellus sit de actis, sufficit, si ex libello ipso colligatur, nam respondetur, quod etsi libellus est de actis, attamen hoc casu nil operatur, cum præsumptio hæc loco probationis sit. At probationes deduci debent non tempore dati libelli, sed in termino ipso probatorio, ut tradunt congesti à Marfilio in sing. 170. cum dicunt, quod exhibens instrumentum vna cum libello, non satisfacit oneri suo, probandi scilicet suam intentionem, nisi illud producat in termino probatorio. Verè igitur hæc declaratio procedit, quando præsumptio resultat ex actis probatorijs. Et his declaratur quod docuit Bald. in l. vltim. in fin. ff. quod metus causa. sufficere, si allegetur factum, ex quo præsumptio illa colligi possit. Hæc sanè Bald. traditio intelligi debet, quando factum illud allegatur in termino probatorio.

Declaratur secundò, ut non procedat relata communis opinio in causis & summarijs, & quæ sine figura iudicij tractantur. Ita tradunt Dec. in l. cum quid, in 2. lect. nu. 25. ff. si cert. pet. & ibidem Purpurat. num. 152. & Alciat. nu. 42. vers. qua ratione. Ita etià non procedit, quia in libello est apposita clausula, peto ius, & iustitiam fieri omni meliori modo. Ita docuit Ioan. Bologn. in d. l. cum quid, nu. 67. vers. ista tamen difficultates. Quæ traditio egregia est, si vera est. De eius enim veritate ego dubito.

Secundus est casus huius secundi capitis quæstionis nostre, & quando præsumptio oritur ex facto aduersarij, vel circa eius factum versatur. Hoc sanè casu non videtur necessaria allegatio. Ita tradunt Abbas in c. asserte, & ibidem Felin. numer. 4. de præsumptio. Bart. in l. cum quid, num. 12. ff. si cert. pet. & ibi Soc. num. 37. vers. aliquid quando actor. Purpurat. nu. 148. & Alciat. nu. 42. vers. sed & quoties. qui eiusdem opinionis recenset Picum ibidem, & communem testatur Didac. in cap. Raynutius. S. 11. nu. 1. vers. sed quoties, de testam. Quocirca Picus & Alciat. egregiè scripserunt, quod ille, & qui agit contra periurium, & asserit eum incidisse in penam. l. si quis maior. C. de transacta. non habet necesse allegare præsumptionem doli ipsius aduersarij. Id quod in specie bene docuit Alex. in l. qui iurasse, in fine princ. ff. de iureiur. reiecta opinione Castr. ibi. Qui quidem aiunt idem esse in cæteris accusationibus criminis falsi, ex sententia Cyni in l. nec exemplum. C. de falsis. Ita etiam respondit Alex. in conf. 1. num. 42. lib. 5. quod etsi præsumptio sit, & hominem vivere & vsque ad centum annos, iuxta opinionem gloss. in l. vlt. C. de sacrosan. eccl. de cuius veritate disputabimus infra lib. 6. præsumpt. 74. attamen non est necesse allegare hanc præsumptionem, quando illa deducitur ex facto partis. Et idem quod Alex. sensit Iason in repetitio. l. cum quid, num. 31. ff. si certum perat. cum

nam tamen declarando, secundum ipsius Alexandri traditionem. Nam & alio modo posset intelligi, ut dicemus infra quarto in casu. Ita etiam respondit Aret. in confil.

38 110. num. 4. præsumptionem ignorantiæ, & causatam ex facto aduersarij non esse allegandam. Est simile quod tradit Alex. in l. 1. nu. 29. in fin. ff. de eden. cum quis affectus sit, se mutuo dedisse prælato & ecclesie, non habet necesse is creditor allegare præsumptionem, quod sit verum in ecclesia utilitatem, ex quo præsumptio illa versatur circa factum prælati. Quæ de re dicimus infra quæst. 40.

39 rit, se mutuo dedisse prælato & ecclesie, non habet necesse is creditor allegare præsumptionem, quod sit verum in ecclesia utilitatem, ex quo præsumptio illa versatur circa factum prælati. Quæ de re dicimus infra quæst. 40.

Hic casus probatur secundum Doctores iam relatos in l. omnes. S. Lucius, ff. de his, quæ in fraud. credit. Verum Bolognet. in d. l. cum quid, nu. 67. vers. nec obstat, scribit, quod etsi necesse non fuerit eo in casu allegare præsumptionem illam in libello, attamen non negat Iurisc. quin altera in iudicij parte necessaria sit ipsa allegatio.

Adfertur quoque hæc ratio, quod nil imputari potest ei, pro quo est hæc præsumptio, si eam non allegat, ex quo pendet à facto patris, cuius mentem & animum non habet cognitum, argum. l. vlt. ff. pro suo, & l. qui in alterius, de reg. iur. Hinc docuit Bart. in d. l. cum quid, num. 1. ff. si cert. pet. testes & attestantes, se vidisse numerare pecuniam, non habere necesse asserere mutuum fuisse contractum, quandoquidem præsumptio iuris, quod scilicet ex ea numeratione fuerit contractum mutuum, versatur circa factum alterius, nempe eius, qui numeravit, iure ergo ignorant testes illius numerantis animum, & consequenter de eo testimonium dicere non possunt.

Tertius est casus, quando præsumptio oritur ex facto & utriusque partis, hoc est, Actoris, & Rei conuenti. Hoc sanè casu allegandam non esse præsumptionem scripserunt Abbas, & Felin. in c. asserte, nu. 4. de præsumptio. & sensit Socin. in d. l. cum quid, num. 38. vers. ex ista responsione. Qui quidem interpretes ita intelligunt d. c. asserte, vbi præsumptio illa, quod filius superstes esset illius viduæ, quæ recusabat filium diuidi, ob id allegatam non fuit, quia oriebatur ex facto utriusque mulieris, tam scilicet reuerentis filium diuidi, quam alterius recusantis.

Cæterum Purpurat. in d. l. cum quid, nu. 148. vers. extendit secundum, & c. dubitat ob id, quod sint variæ interpretationes ad d. c. asserte. Ego quoque dubito, cum hic esset illa ratio, ob quam superiore casu diximus excusari non allegantem præsumptionem provenientem ex facto partis. Præterea Doctus. Didacus in c. Raynutius. S. 11. num. 1. vers. sed quoties, de testam. acutè ostendit, d. c. asserte, non probare traditionem hanc.

Quartus est casus, quando hæc iuris præsumptio & oritur ex nullius facto. Hoc in casu sunt opiniones. Nam Bald. in c. extenore, de testib. asseruit, esse allegandam, dum dixit allegandam esse præsumptionem illam, cuius etiam supra meminimus, hominem scilicet præsumi vivere vsque ad centum annos, quæ quidem præsumptio ex nullius facto nascitur. Et Bald. secuti sunt Ias. in dict. l. vlt. col. vlt. C. de sacrosan. eccl. Purpurat. in d. l. cum quid, num. 144. & ibidem Bolognet. num. 66. ff. si cert. pet. Et comprobatur vera hæc sententia, quia ita videmus, notorium esse allegandum, etsi à nullius facto oriri dicatur, Clem. appellanti, de probat. Fel. in c. cum ordinem, num. 11. de rescript.

Verum dissentit sibi parum constans Ias. in repetitio. l. cum quid, num. 31. Et aduersus Baldi traditionem facit, quod scribit idè Ias. in d. l. cum quid, in repet. nu. 35. post Bar. in l. necessarijs. ff. de acq. her. præsumpt. & à memo iure provenientem non esse allegandam, sicut est illa, quod filius præsumatur adiuisse hæreditatem patris. Et respondit Soc. Iun. conf. 22. num. 19. lib. 1. præsumptionem ex solo temporis cursu descendente, allegandam non esse. Ita etiam docuit Bald. in l. minoribus, C. de ijs quibus, ut indigno. & cum eo Barbat. in confil. 57. col. 6. lib. 3. notorium proveniens à solo iure non esse necessa-

rio allegandum. Declarat egregiè Didac. in c. Raynutius. S. 11. num. 3. vers. ex promissis omnibus, de testam. Non hic repeto, quæ doctè à celebri illo viro scripta sunt.

Tertium est caput huius disputationis, quod versatur circa præsumptionem solius hominis. Hæc & allegari omnino debet. Ita censuit Fel. in c. scriberebam, in fin. de præsumptio. Nam hoc in casu à fortiori locum habent rationes illæ, quas cum Alciato retulimus supra in primo casu præcedentis capitis. Et accedit, quod præsumptio hæc incognita omnino & est iudici, & ob id allegari coram eo debet, ut eam sequi valeat.

Expressè an tacitè allegari debeat præsumptio, brevis, dilucida tamen explanatio?

SUMMARIUM.

- 1 Præsumptionem allegari tacitè, sufficit. Idque etiam procedit in criminalibus, num. 4.
2 Tacitè, & expressè par est virtus.
3 Præscriptio includit bonam fidem.
5 Falsum sine dolo non committitur.

QVAESTIO XLIX.

QVAERO quadragesimonono, an præsumptio allegari debeat expressè, vel etiam sufficiat tacitè? Et tacitam allegationem & sufficere affirmant omnes in d. l. cum quid, ff. si cert. petat. ibi Rom. Alex. & Dec. in 2. lect. num. 25. & Purpurat. nu. 149. ff. si certum pet. idem scripserunt Rom. in conf. 77. nu. 1. Alex. in l. 1. nu. 29. de eden. Dec. in l. non hoc, nu. 4. in fin. C. vnde legit. & in conf. 146. in 1. dubio, in fi. & Didac. in c. Raynutius. S. 11. num. 2. vers. sed quia, de testam. Et his accedit Bald. in l. vlt. in fi. quod met. caus. cum dixit, sufficere allegare factum, ex quo præsumptio colligi potest. Ea est huius sententiæ ratio, quod pars est virtus tacitè, & expressè, d. l. cum quid, vbi omnes. ff. si cert. pet. & l. qui ad cert. ff. locati. Hinc rectè scripsit Abb. in c. vlt. nu. 34. de præscrip. satis censeri allegatam bonam fidem ab eo, qui allegavit præscriptionem, cum præscriptio bonam & fidem includat, & Abbatem secuti sunt Dec. in l. non hoc, nu. 3. C. vnde legitim. Balb. in l. Celsus, par. 3. de vlcupatio. & Didac. in d. c. Raynutius. S. 11. num. 2. de testam.

Extenditur hæc sententia, ut procedat etiam in causis & criminalibus, in quibus sufficit tacita hæc præsumptionis allegatio. Ita Purpurat. in d. l. cum quid, nu. 149. ff. si cert. pet. ex traditione Bart. in l. nec exemplum, nu. 1. C. de falsis. Cum dixit, quod etsi falsum & non committatur sine dolo, & ob id doli allegatio requiratur, attamen sufficit, si dicatur quod scienter falsum dixerit, quia inde sequitur dolo fuisse commissum. Idem etiam Alex. in l. nam & postea. S. si damnetur. ff. de iureiur. scriptu reliquit. Et verè eadem est ratio tam in causa criminali, quam in civili, ut tacita ipsa allegatio sufficiat. idem ergo ius statuentium est. l. illud, in princ. ff. ad l. Aquil. cum cæteris similib.

Quo tempore alleganda sit præsumptio, quæ allegari in iudicio debet?

SUMMARIUM.

- 1 Præsumptio quous tempore in iudicio potest allegari. Idque tempore quo libellus offertur, num. 2.
Tempore quo dantur positiones, num. 3.
Item post conclusum in causa, num. 4.
Et tempore quo fiunt alie allegationes, num. 5.
6 Exceptio noui num. pecunie, etiam post conclusionem in causa potest obijci.

QVAESTIO L.

QVAERO quinquagesimo, quo tempore præsumptio in iudicio alleganda, allegari possit, & debeat? Et